

Q. D. B. V!
DISPUTATIO

De
DICTI ONE
EXTEMPORA-
NEA,

Quam
Ex Sententia Ampliss. Facultatis
Philosophicæ

PRÆSIDE

Magnifico Dn. Academiæ Rectori;

M. CHRISTIERNO
ALANDRO,

Eloq. Rom. Prof. Regio:

In famigeratissima Aboënsi Academia,
Ad diem, cum miti DEO, 10. Febr. Anni
vergentis 1700 in Audit. Maximo,

Examinandam sicut

MAGNUS M. ALOPÆUS,
Wib. Carel.

Exc. apud J. WALLIUM.

Lv. G. Ulenbrink

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

Multæ Fidei Viro,

Patri in CHRISTO Reverendissimo

DN. PETRO LAUR.
BECCHIO.

SS. Theologiz Doctori
Consummatissimo,

Inclitæ Dioecesis Wib. Episcopo
Eminentissimo,

Vener. Consistorii Præsidi
Æqvissimo,

Gymnasi & Scholarum Episcopo
PerMagnifico,

Mæcenati Summo.

 pratus forte, Reverendiss. Pater,
 hoc viliorē fortis depositum se in luce
 explicaret, si ratiō cum duro cespite
 gnon tamdiu esset luctandum priusquam ad in-
 teriora rerum aditus patet, unde fructus e-
 mergerent fertiliores, quia & terra altius ef-
 fossa mitiorem se præbet atendis seminibus.
 Siquidem verò constat non sequiora de illo
 quemquam ominari, qui & primicias sui ope-
 ris, donec robur posterioribus curis accedit,
 ostendit, faciunt nunc etiam hæc minima me-
 sibi in primordio studiorum acquiescere: quo-
 niā nec Reverendiss. Pater alta supercilie
 munuscum humilis fati clientum despicit,
 quod ad suos pedes ponendum alios monet spe-
 ratum in posterum patrocinium, me verò plur-
 ifariam antebac præstata bona non tam invi-
 sante quam compellunt. Ne igitur aspernere,
 Mæcenas maxime, banc vicem benignitati
 Tuæ redditam, sed me cum debito hoc revo-
 gentiae symbolio suscipe.

Reverendissimæ Tuæ Dignitatis

humilium servum
Magnum Alopeum.

*Admod. Plurimumque Reve
Et Huma*

DN. M. PETRO CARSTENIO,
Wib. Diœcel. Archi-Præp. ejusdem
Urbis Pastori, Consist. Seniori , &
Gymn. Lectori Primario, Mæcenati
& Promotori magno.

DN. MATTHIÆ MARTINIO;
S.S. Theol. Lectori & Præp. ac Past.
in Säckjärvivi/ Patrono humili ob-
sequio colendo.

DN. JOHANNI König/ Pastori
in Sibbo/ Promotori & Fautorri mul-
tis nominibus devenerando.

DN. GEORGIO Nircio/ Arcis
Wib. Actuario, & monumenti bellici
Curatori, Patrui vice omni honore
æstimatussimo.

218

rendis, Clariss. Spectatiss.
niss.

DN. M. ARVIDO ALOPÆO,
Borgoënsium Præposito & Pastori,
Patruo optimo, mihi Patris instar æ-
ternum colendo.

DN. Dn. M. M. Regii Gymn. Wib.
Lectoribus, Promotoribus & Ever-
getis reverenter observandis.

DN. JOHANNI Falck/ Pastori
in Ruokolax/ Benefactori & Fautori
optimo, officiosissimè colendo.

DN. GUSTAVO ORRÆO, Sacel-
lano in Jässis/ Affini & Fautori,
officiis quibusvis prosequendo.

Quandoquidem extemporalis remenissae
veniam videtur mereri præ inarticulatâ
industriæ opera, cum rerum ordo magna
adèò cito aliquem moliri prohibeat, ideoque
difficultatem actionibus præclaris impo-
nat; non abuti conditione temporis &
facultatis mibi visum est, quæ paulo
minus quara extemporaneæ meditationis lo-
cum negavit: Ideoque hac facie jam fæ-
sum primò parturientis ingenii edere con-
stitui, Vobisq[ue] eundem Patroni maximi,
offerre non dubitavi. Excipite igitur
Mæcenates & Benefactores Oprimi,
hoc obsequentis animi indicium quale-
cunque, & arrha vice ob commodata mihi
bona, benigni reservate, quod en-
tus oro

Præclarorum Nominum Ve-
strorum.

estimator devotus

M. Alopanus.

ad politissimum & pereximium fudemendo
eruditioris & virtutum laude conspicuum,

DN. MAGNUM ALOPÆUM, Wib.

De Dictione extemporanea doctè & ner-
volè differentem :

Dictio quid valeat quæ ex tempore nascitur,
atque

difflitus augusto continuata stylo,

Quāq[ue] paranda arte est talis facundia, mentes

Quæ vel turbatas exhilarare queat

Vel iterum in tristes luctus componere easdem

Ult vis sermonis pondus ubique ferat,

Usibus atque aliis sua commoda ferre quibusvis,

Dum suadere potest atque docere simul.

Ista Alopæe docet tua dissertatio præsens,

Quam nunc edulgas sedulitate piæ.

Quāq[ue] probas Mystis ornatus acumine mentis,

Te vigilem bas Musas excoluisse satis.

Jureigitur Sophia Proceres tibi tradere certant

Premia, quæ properans Turba novena parat,

Premia quæ possunt patriis decernere temet

Usibus atque tuos exhilarare brevi.

Subicò sed gratulabundus
scripsit

JOHANNES FLACHSENIUS,

S.S., Th., D. & Prof. Primarius.

Quandoquidem extemporis temeritas
veniam videtur mereri præ inarticulata
industriæ opera, cum verum ordo magna
adèò cito aliquem moliri prohibeat, ide-
oque difficultatem actionibus præclaris im-
ponat; non abuti conditione temporis &
facultatis mibi visum est, quæ paulo
minus quara extemporaneæ meditationi lo-
cum negabit: Ideoque hac facie jam fæ-
tum primò parturientis ingenii edere con-
stitui, Vobisq; eundem Patroni maximi,
offerre non dubitavi. Excipite igitur
Mæcenates & Benefactores Optimi,
hoc obsequantis animi indicium quale-
cunque, & arrhae vice ob commodata mihi
bona, benigni reservate, quæ eni-
xus oro

Præclarorum Nominum Ve-
stitorum,

æstimator devotus

M. Alopæus.

Chr. Blander - M. M. Alpinus,
Dirp. de dictione extemp. 1700

Ded. var.



Alkuperäinen Paivon
lyson hyllystama.

*Admod. Plurimumque Reve
& Huma*

DN. M. PETRÓ CARSTENIO,
Wib. Diœces. Archi-Præp. ejusdem
Urbis Pastori, Consist. Seniori , &
Gynn. Lectori Primario, Mæcenati
& Promotori magno.

DN. M. ARVIDO ALOPÆO,
Borgoënsium Præposito & Pastori,
Patruo optimo, mihi Patris instar æ-
ternum colendo.

DN. JOHANNI König/ Pastori
in Sibbo/ Promotori & Fautorí mul-
tis nominibus devenerando.

DN. GEORGIO Nicode/ Arcis
Wib. Actuario, & munimenti bellici
Curatori, Parrti vice omni honore
estimatussimo.

*rendis, Clariss. Specatiss.
niss.*

DN. M. PAULO HEINTZIO,
Præp. & Pastor in Jästis/ Mæcena-
ti & Benefactori plurimum propenso,
humili mente suspiciendo.

DN. Dn. M. M. Regii Gymn. Wib.
Lectoribus, Promotoribus & Ever-
getis reverenter observandis.

DN. JOHANNI Falck/ Pastor
in Ruofolax/ Benefactori & Fautori
optimo, officiosissimè colendo.

DN. GUSTAVO ORRÆO, Sacel-
lano in Jästis/ Affini & Fautori,
officiis quibusvis prosequendo.



Ad politissimum & pereximium Juvenem,
Eruditionis & virtutum laude conspicuum,

DN. MAGNUM ALOPÆUM, Wib.
De Dictione extemporanea doctè & ner-
volè differentem :

Dicitio quid valeat quæ ex tempore nascitur,
atque

dffluit augusto continuata stylo,

Quæ paranda arte est talis facundia, mentes

Quæ vel turbatas exhilarare queat

Vel iterum in tristes luctus componere easdem

Ultis sermonis pondus ubique ferat,

Usibus atque aliis sua commoda ferre quibusvis,

Dum suadere potest atque docere simul.

Ista Alopæe docet tua dissertatio præsens,

Quam nunc evulgas sedulitate piæ.

Quæ probas Mytis ornatus acumine mentis,

Te digilem bas Musas excoluisse satis.

Jure igitur Sophia Proceres tibi tradere certant

Pramia, quæ properans Turba nodena parat,

Pramia quæ possunt patriis decernere temet

Usibus atque tuos exhilarare brevi.

Subito sed gratulabundus
scripsit

XV
JOHANNES FLACHSENIUS,
S.S., Th., D., & Prof. Primarius.

Occupationes Academicas;

Juvenis

Præstantissimi ac Doctissimi

Dn. MAGNI ALOPÆI,

Musarum cultoris quia strenui, ideo etiam commendatissimi, cum de *Dictione Extemporanea*, publicè & doctè dis-
putaret Auctor;

Σχεδίασμα gratulatorium:

Mυσάων ἐνίμε φίλον, αὐτῶν τεύχεα δύων,
φιλομαθῆς γε ἐκὼν πολέμους ἐν ἑτερο-
μάχεσθαι,
Δώσει τὸ μέδων σοι ἀγλαὸν ἔυχος ἀρέσθαι,
Καὶ νίκην, κεδνὸς τόπων ὅπε κήδεα μόχθων.
Τόφερα θεῶν ἔυχα, νάιοντις ὑπέρτατον ἄνακτον
Δώματα; ἄλικαρ, ἥμου καὶ πᾶν Αὐτὸς ὁ πάτε-
ρα.

*Quod Amico suo per dilectionem
L. mij reliquit*

DAVID QUINTI
S S. Theol. Prof.



παρεγκενη ad propositum : & benigno
LECTORI την εὐεστώ !

Rerum provida Parens Natura,
quoduni vires suas expe-
riendo negat, illud alteri im-
pertitur, necessaria nihil omni-
nus unicuique suppeditans, ut
illuculenter dies docet : destinat quippe alios
aliis expeditionibus ; ut non quisquam caco fe-
ratur impetu ad faciendum indoli sua conve-
nientia, sed praevidente hac prudente genitrice
agnoscat sibi ordinatam stationem. Cumque
nihil æque stupendum ac hominem,,
Natura parens produxerit, dicente Gra-
ecorum sapientissimo, Sophocle: offert se inter po-
tissimas ejus laudes harmonia bene constitu-
ta Republicæ, in quâ non potest superior ca-
rere inferiore, aut hic illo; proinde ne quid
in statu isthoc desit, concessa est cuique à na-
tura conveniens indoles, ut si quis humilio-
rem natus est fortem, non aspiret magna,

A.

sed

sed acquiescat conditioni jure, nam quid est
 aliud gigantum more pugnare cum
 Diis, nisi naturæ repugnare, ideoque
 qui naturam suam conatur vincere, eâ-
 que invitat ad fastigium rerum eniti,
 vietus semper lastratusque oneri succum-
 bet; natura enim habilem facit, ars facilem,
 usus autem potentem. Certè impetu & suau-
 itate afficit natura labores nostros utiles, quia
 sine hoc esset, multi præ diffidentia nihil duris
 in se auderent, præcipue illi, quibus per mul-
 ta salebrosa est emergendum ad fasces & fun-
 ctiones graves. Certè ut fertilis terra etiam
 inculta habet proclivitatem proferendifructus:
 sic indoles qvorundam jam ante institu-
 tionis habitam rationem egregia & ad quævis
 bona proclivis est, quæ euqviav seu bo-
 nam corporis temperiem causam sui agnoscere
 censetur, ex qua intellectu cooperante oritur
 ingenium sagax, quod deinde capax est ad
 examen provocare imminentia quævis, arti-
 verò conjunctum efficit ut alius præ alio me-
 lius dicat (taceam nunc alias dotes) & sic
 Eloquens existat ac Orator. Constat tempo-
 ribus priscis illum studiosi nomine venisse,
 qui

qui Eloquentia attendebat, ut Cicero quemcunque disertum ab eâ aliquid habere dixerit, Oratorem &c. nomen suum non posse sine Eloquentia obtinere; Eloquentem autem virtutes omnes habere atque esse sapientem; quapropter si vel Jurisconsultus superior discederet ex actione civili, non juris scientia sed Eloquentia sustentatum id fecisse. Verum ut nobilis est Eloquentia, ita paucissimi sunt vere Eloquentes, cum illa ex iis constet rebus universis, quibus insingulis (verba sunt Ciceronis) elaborare per magnum est, quandoquidem nemo cum laude cumulatus sit Orator, nisi erit omnium rerum magnarum artium scientiam consecutus. Talem ipse Pater ejus de ea fert sententiam; sed neque alii calculum addere dubitant, dum contestantur quod non possit grande aliquid & supra ceteros loqui nisi mota mens, cum & verum ipsius ipsius in spiritu & impetu constet, praeclarum etiam rebus divinis suppeditans instrumentum, non enim ex Sophistarum palestris nata est, quia continet res, & præcepta habet veritati & nature conformia. Quum autem tribus praesidiis à natura armati si-

mus, Ingenio, Sermone & manu, vertamus
ea in rem nostram, atque inter illa, jam
sermonis vim exteriamur, qui nuncius est
animi, quid is de se promittere audeat cum
sapiens eam moderatur quidnisi salutaris vox
audit, vicariam praestans operam cum in publica-
rū tum in rerū privatarū commodis, que in eo
statu non raro posita sunt, ut lenta remedia &
gnes Patronas non expetant, succurrat ergo vir
bone fidei, qui in publicum semel auxilium su-
um pollicitus est. Etiam ex tempore linguam e-
ruditam prudenter moveat, manum verò la-
borantibus & jam jam labantibus amico-
rum & propriis rebus supponat; DEllS enim
nos in hanc Mundi scenam, non ut specta-
tores, sed actores introduxit, ut conversatio
inibi communicando, parendo, consulendo &
suadendo peragatur. Quidam igitur Ora-
tor prudens non solum prisco aeo apud Gra-
cos & Romanos, ad decisiones varias causa-
rum, & expeditiones utiles pernecessarius fuit;
sed & nostra tempora vim illius in Scholis,
Templis, Legationibus, in Senatu & alibi ex-
periantur; non alio exercitio æquè al-
ubuit atque hoc de dictione extempo-
rali

5

rali mentem jam in diversa agitare. Mearum interim agnoscō esse partium reverenter solicitare benevolū Lectorem ad ignoscendum, si quæ mihi rudimentum hoc primum deposituro obrepunt, qvæ non exquisitè apta nata sunt ad enodandum opus suscepturn: saltim ut experimentum de Extemporaneo accipiat. *Esto igitur in nomine Domini*

CAPUT PRIMUM.

Quid in vocibus, Dictio Extemporanea, observandum.

§. I.

Cum Sermo Oratoris in frequentiâ verba facientis liberè & ornatu splendescens procedit, *dictio* vocari meretur; quando vero non copiolè, eleganter & dispositè cadit, non tam *dictio* quam loquacitas vanæ linguæ audit: hinc discrimen inter voces *dicere, loqui & narrare* exsurgit. Dicere judicamur quando eminentiori modo animi sensa prodi-

mus, prout Cicero dicendi vel orandi facultatem, loquendi & disputandi rationi opponit (*a*) & Quintilianus affirmat, ne dicere quidem illum videri, qui non prudenter & copiose dixerit, (*b*) Est tamen vocabulum hoc, dicere, ex eorum numero, quæ philosophis *κατω πολλαχως λεγουέναι* dicuntur: ita ut quandoque dicare denotet, & diem dicere: idem sit quod *in ius provocare ad præfinitum tempus*: læpius pro significare usurpatur: deinde & causam dicit ille alicujus, qui defendit: vel etiam dicit *is, qui verba facit populo* quacunq; de causâ. Sunt & aliæ ejusdem acceptio-nes quæ ut leviiores omittuntur, cum duæ hæ posteriores ad nostrum scopum proximè accedant. *Loqui* autē dici-
mūr cum qualiacunque verba proferi-
mus, eaque ex naturæ instinctu, ut magis sic attendamus quid, quam quomo-
do sermocinemur, nec adhibetur cura connexionis verborum, propter quod Oratori adscribi non potest, nisi insci-
tia ejus arguatur. Spectat etiam hoc

ut

(*a*) in *Oratore* (*b*) conf. L. 10. c. 7. *instit. Orat.*

ut moveamus quid sit narrare: Est verò
præterita & præsentia commemorare. (c) præ-
 fertim aliena & quæ nobis non sunt neces-
 faria ut docet Donat: ad Ter: Andr: A. 4.
 sc. 3. *resque gestas exponere*, quod hic Ci-
 ceronis locus indicat: *obscura, inquit, nar-*
ratio totam occæcat orationem, (d) & sic est
 pars quædam dictionis, post Exordium
 locabilis. Quid verò *dictione extemporanea*
 sit, brevibus dici potest: Scilicet, EST O-
 RATIO NON MEDITATA, VEL NOSTRA SPON-
 TE, VEL URGENTE NECESSITATE SUSCEPTA.

§. II.

Hinc duas esse potissimum *semitas*, quæ
 nos ad culmen Eloquii perducunt,
 innotescit: *Una* quæ voces subministrat
 & organum est sermonis, vocata *Gram-*
matica, versatur enim in formandis vo-
 ce, & pingendis scriptione vocabulis,
 nudiè tamen & simpliciter, ideoque *Via-*
tor & statua quasi merculialis dicitur ad re-
 rum, conceptuum & scientiarum la-
 tebras. *Altero* verò est, quæ inventa il-
 lu-

(c) Cic. partit. Orat: (d) Id. L. 1. de Orat.

Iustrat, flores & colores superinducit, dictaque est *Rhetorica*, in hac lumina troporum & figurarum, sententiarum pondera, raptusque verborum percellunt & excitant animos auditorum, & quia palpabili & corporea specie raro possumus res hominum oculis sistere; opus est hujus artis quantacunque conspicuitate representare easdem illorum animis, & quidem *imaginativa* seu phantasiæ ad excitandum appetitum & voluntatem, quod in ipsis etiam dicentibus fieri debet, ut conjungantur ab utraque parte affectus: hinc Quintilianus: (e) Capiende sunt rerum imagines, quas vocari Virtutiose indicavimus, omniaque de quibus dicturi erimus habenda in oculis & in affectu recipienda. Sic Grammatica ut prius, Rhetorica autem ut posterius quid existit. Loquimur ut Grammatici, dicimus vero, & quidem bene, ut Rhetorici.

§. III.

Sicut omnia, aliam plerumque subeunt formam quanto dittius in communius

(e) L. 10. C. 7. instit. Orat.

usura fuerint: ita & quidam rerum characteres vel ipsa verba, sedem tam fixam non obtinuere, quin non nihil immutata sint, quare & vox posterior in titulo hujus opellæ scil: *extemporanea*, non integrè ab antiquis usurpata est quos ævum aureum nutrit & inde ad nos est delata; sed pro eo, *extemporalis* dixerunt, sicut Quintilianus indicaturus dictionem à nobis vocatam *extemporaneam*, substituit *extemporalis*, quod non declinandi causâ à priscis Latii eloqvii auctoribus, in formam hanc à nobis immutatum est, sed pro Synonymo adhibetur: novimus quod & Suetonius indicans Augusti Cæsaris in dendo promptitudinem, *extemporalis* (non *extemporanea*) facultate præditum, affirmet. (f) Sed tuemur nihilominus vocem hanc *Extemporaneus*, suffulti usu recepto, quoniam adolevit inter posteriora hæc secula ipsius usurpatio; quemadmodum enim numismatis aestimatio dependet ex arbitrio summi ordinis: sic

B

VO-

(f) in Vit. Aug: c. 84.

vocum valor ab optimis ejus linguae peritis introductus vigeret; prout vir multæ erudit: Joh. Barclajus (g) jam non amplius extemporalem sed extemporaneam patriam vocat Italiam. Præclarè quadrat ad hoc illud Horatii (b).

----- Ita verborum vetus interit ætas
Et

Nedum sermonum stat bonos & gratia vivax,
Multa renascentur, quæ jam cecidere: cadentq;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet
usus,

Quem penes arbitrium est, & ius & norma
loquendi.

CAPUT SECUNDUM.

Qvod dictio hæc necessaria sit: sed
difficilis: & tamen possibilis, ut
experimento monstrabitur.

§. I.

Diligens qvidem adhibenda est cu-
ra, ut quam optimè dicamus tem-
per, quocirca ratio & exercitatio
sub-

(g) Icon. anim. c. 4. (b) Art. Polt. v. 60. 68. 5 seq.

subindè quod suum est sedulò præsta-
bunt, ut quæ de causa in publico ex-
ponenda qvis præmeditatus est & con-
cepit, si res postulat immutet, augeat
aut iis detrahatur, atque indefessus ea
qvæ jam coaluerunt, rursus tertiori li-
mâ poliat, quandoquidem præcipuum stu-
dium in commovendis animis ponendum
est. (i) Sed cum hoc non semper con-
tingat Oratori, quem præsens usus &
quidem necessitas sæpius de quacunq;
causa ex tempore ad dicendum & con-
tinuò agendum provocat, in silentium
certè non consentiat, sed (i) sua, vel
innocentium civium, amicorum &
propinquorum urgens incommoditas
faciant promptum sine morâ pugnan-
di rationibus, & dictione concinna ex-
ponendi qvæ adversariorum criminatio-
nes refellant, vel alios obversantes casus
diluant: minimè verò silentium intem-
pestivum habeat donec verba fabricen-
tur, & memoriæ incident, & vox ae la-
tus præparetur; & cujus postea ferò

Bz

pœ.

(i) Gauzz. cond. Civ. Dissert. 3.

pœnitendum, res in ruinam ferri patiatur sequè taliter præmio longi laboris defrauder, cum præstisset aliam potius studiorum inivisse viam: quomodo enim se parem præstabit omnibus negotiis civilibus, cui singulis partibus est inscenſandum, & quod magis est: aut totam culpam in se recipit, aut de artificioſā defensione ſuspicionem parit, quod videlicet verba phalerata rei iniqvä prætexat; optimum verò eſt ſemper aliiquid habere in præalentia, & ē re natâ in defensionem adducere, undē non temerè ſalutaris dicta eſt talis vox, ab Eloquentissimo Qvintilio (k) quæ euſauoriaruſ molleſcuſ intendit, quoniam ex natura omnes dicendo persuadere & movere ſtudent, (l) dicendo autem vim habemus & efficaciam, ut dixit Bias, & alius:

Eloquio incutes, sternuntur corpora ferro:

Eloquium ferro fortius ergo ferit.

Posset (2) inter muniendū hostis instruētā acie progredi pondusve addere reb⁹ suis, quibus hunc nihil ad resistendum pa-

(k) Lib. 10. c. 7. (l) Guaz. diff. 3.

paratum prosternat, siveque actum fore de re ut ut & quâ, quando non argumenta præparanda sed præparata operi ferre possint. Cum itaque (3) ex ipsius etiam naturæ sanctione constet, quemlibet semet ipsum suumque commodum, quam maximè & principaliter amare, & ad minimum non pluris facere alium quam se ipsum (m) quæ patietur hoc ratio, ut quisquam sit Orator imparatus ad casus; præsertim quod multi affectuum pruri-
tu, quoties spes lucri affulserit fiduciâ in proprias vires ad occupanda aliquan-
do ea ferantur, quæ aliena sunt, ex merâ etiam invidia aliquando lites sectantur.
Hinc (4) non tantum jacturam & da-
mnum oscitans sentit Orator, sed &
stoliditatis notam incurrit qui se his sa-
cris dicavit, & tamen nihil minus est
quam assertor boni publici: non dissimi-
lat id Cicero: *Oratoris*, inquit, peccatum
si quod est animadversum stultitia peccatum vi-
detur, stultitia autem non habet excusatio-
nem. (n) Facile etiam contingit (5) ad-
(m) *Pufend. de jur: Nat:* &
Gent: *Lib. 7. c. 1.* (n) *Lib. 1. de Orat.*
ver-

adversarium ex adverso infestare, dum
hic lateris præsidia curat, & fortè latus
hautire, cum creditur instare à fronte,
nam sæpè contra ea quæ scribuntur aut
sperantur solent evenire plurima, &
sic fallere, vel etiam tota causa subitò in
aliam formam mutari, quid tum tela pro-
derunt, quando speratà hâc confligen-
di opportunitate frustratur? quanto i-
gitur præstat spipatum esse rationum
suppetis, ut undique feriatur adversa-
rius; germanus namque demum ille est Ora-
tor, qui de quavis materia aptè dicere potest,
pro dignitate temporum, cum fructu & volu-
ptate audientium: Imò ut gubernatori ad in-
cursus tempestatum, sic agenti ad varietatem
causarum ratio mutanda est (o) ne serò
frustra ingeminet: Malè humanis ingeniorum
natura consuluit, quod plerumq;de non futura
sed transacta perpendimus. (p) Manet de-
nique (6) hanc extemporaneam dicen-
di copiam honos, quod dicatur maximus
studiorum fructus & præmium
amplum longilaboris. Cui bono enim
tot

(o) Quint. L. 10.c. 7. (p) Curt. L. 8.c. 2.

impenduntur curæ, stylus anxiè subigitur, & maxima pars vitæ lectioni assidue vacat, si vires, in varietate literarum taliter agitato non plus auxilio sunt quam in prima Musarum vacillante infantiâ, quam pœnitenda hæc foret segnities & labor inaniter exhaustus ; certè qui fœtum hunc antea in se fotum feliciter producere & subitis necessitatibus deterre novit, illum extollent amici sublevati : commendabit verò eruditio optatò matura.

§. II.

Quanquam autem promptitudo hujs artificii non destituit suâ utilitate hoc modo in his versatum, tamen onus molestissimum subire cogitur exemploris Orator, quoniam nitidæ orationis cultus viro erudito, etiam ex tempore differenti necessarius est: quæ proper multa & varia sunt ad quæ attendere debet, qvæ & judicium & longus usus docebunt: *primum pura*, deinde *ornata*, hinc *copiosa* erit Oratio, in quâ ipsint

sunt lautissimi verborum apparatus, ut
Elocutionis ordo, tanquam ex rivis
suis deductus videatur, & inopiam non
sentiat oratio, sed robur concilietur
etiam sententiis. *S*ublevabunt eum dein-
de varia variorum scripta, quæ inde-
fessè transcurrēt & pervolvēt. quo-
niā sine lectiōne auctōrum non potest fieri
bōmo literatus (q) itaque;

Multa legas facito, per teōtis perlege multa.
Ut quæ in illis probamus, ap̄i simus
ipsi facere. Huic succurrat scriptio af-
fidua, quæ non omnia occurrentia ver-
ba sinet habere locum, quia tres dan-
tur in lingua præsertim latīna gradus;
bene scilicet eam intelligere, *bene* scribere.
& *bene* eam loqui, (r) caute igitur scri-
bendo procedendum, cum citò scriben-
do non fiat ut *bene* scribamus, sed be-
ne scribendo ut citò, alias non meritò
Stylus à Cicerone vocaretur *dicendi os-*
pifex & magister; hujus enim est habitum
& colorem induere orationi, ne semper

in

(q) Scheff. d. Styl. cit. Satisf. p. 26.

(r) Huart. Scrut. Ing: C. II.

In unam formam concilia definat sed Ipe-
cio & locuples sit: quemadmodum qui
utuntur armis aut palæstra, non solum
sibi vitandi aut feriendi rationem esse
habendam putant, sed etiam ut cum ve-
nustate moveantur: ut idem in oratio-
ne fieri, auctor est Cicero (*s*). Nam si
unquam alii, oratori utique necessaria
est exercitatio, quæ cuncta corroborat,
& Auditores trahit in affectum,
sicque fit ut cum multa scipiemus,
etiam multa dicamus. *Perficiens denique*
bonum Oratorem instrumenta quæ sunt
præcepta oratoria, sine quibus formari
materia, aut optatus non potest attingi
scopus: ad persuadendum enim ea for-
mata sunt, ergo non superficialis earum
cognitio sed accurata notitia omne
feret punctum, quoniam ē vestigio ad
usum deducere quibit ipsa absolutus O-
rator, quæ curiositas facit, Cicerone te-
ste, ut nihil in hominum genere rarius
*perfecto Oratore inveniri possit (*t*), cui co-*
pia cum judicio paranda est, vix orande

C

non

(*s*) Lib. 3. de Orat. (*t*) id. 1. Orat.

non circulatoriam volubilitatem spectanti (u)
atque ita primum quærendæ res optimæ, deinceps inventis adhibendum ju-
cicum, dispositio autem probatis, mox
eædem in classes coercendæ; Siqvidem
ex tempore dicturo constabit, ad quod
genus Causarum quæstio sua pertine-
at, undè argumenta depromi possint;
studia enim nihil profant pervenienti aliquò,
nisi illud, quod eò quò intendas ferat de-
ducaturque, cognoris (x). De cæterò atten-
dendum ad monitum veterum: ne vox
inter altercandum præcipitetur, aut descensus
ad iram sit facilis.

§. III.

Non latebit ex jam allatis intricatum
*N*esse multis difficultibus laborem
 Oratoris extemporanei, etiam in re-
 specu ad varietatem generum dicendi,
 quæ niores suppeditabunt ad concili-
 andum robur & rationibus, vigorem
 dictioni: imò limites & viam ad tra-
 Etanda themata, quorum ope argumen-
 ta competenter ad statum cujuslibet,

cau-

Quint. L. 10. c. 2. (x) Cie. L. Orat.

causæ ducuntur, quarum genera pluri-
bus sunt numero *tria*, addunt nonnulli
quartum, prædicata *didascalicum* seu explica-
torium, perinde tamen est, cum & po-
strem hoc, duobus illis primis pos-
sit annumerari.

Primum autem est *Demonstrativum*,
nomen obtinens à demonstratione vir-
tutis & vitiorum: vel quod Oratoris vis
hic ostendatur, cuius materia tam la-
tè patet, utar verbis Vossii, ut ne univer-
sæ hujus naturæ limitibus circumscribi queat
(y), nam Aristoteles dicit etiam DEUM
posse ēπωνοθω. Secundum *Deliberati-
vum* est, dictum etiam Ecclesiasticum &
concionabile, materies hujus in nostrâ
manu posita est, quæ in utramque par-
tem est possibilis, quare orationes quæ in
hoc genere struuntur, dicuntur *suasoriæ*:
& licet *omnis Oratio dirigatur ad suasionem*,
quid enim aliud oratio quam fidem
facit? hoc autem est persuadere, dicente
Schalig: sciendum tamen in laxiori si-
gnificatu vocem suasionis constituere

C 2.

ff.

(y) *Instit. Orat. Lib. iv. c. 5. §. 3.*

fine in Rhetorices, in arctiori verò proprium fieri generis deliberativi. Demum genus *Judiciale* excipit, nomen sortitum quod inter judicia causasque forenses versetur, officium quippe ipsius in accusatione vel defensione, aut intentione vel depulsione consistit ut obtineat jus & æquum: proinde Oratori hic expendenda est natura criminis, comparando cum moribus ejus qui accusatur vel defenditur, num conveniat ejus indoli talia patrare, hinc pro conditione rei apud judices ciendi motus, indignantes & iracundi, accusando; conquerentes autem vel miserantes defendendo, quos sequuntur alii affectus animi. Et sicut cum molestia in prioribus causarum generibus jaetatur, ita in hoc multò magis, quod munitas etiam requirit vires, & antea jam exquisitè præparatas: quam prudenter sanè ac consideratè causam agere debet is, qui vel innocentem defendit, vel reum accusat in curiae luce? ubi vel Senatus vel Princeps splendore suo sepe perstringit agentis oculos & men-

tis aciem obtundit (z). Tantæ molis est ferre nomen Rhetoris expediri, qui argumenta tanquam tela ex armamentario feligere sciat necessaria, quæ non temerè deinceps spargenda, sed cum arte certis locis collocanda, & quidem etiam in instanti reperienda, efficiens enim moveri potest ad objectum ut reale cognitum, licet non sit reale presens (a). Est tamen hoc operosæ difficultatis,

§. IV.

Sicut Philosophi acutis conclusionibus, quod obtainere cupiunt, colligunt, ita Rethores non raro eodem modo procedunt, sed per planiora & liberiora spatia; ut Zeno Dialecticam manu in pugnum compressæ: Rheticam verò eidem explicite assimilaverit; quod præsertim de Syllogismo valet, qui Philosophis tribus partibus absolvitur, sed cum utitur eo Rethor, partes ejus quandoque transponit, suntque ipsi numero aliquantum

(z) *Palat. Eloqu. Exerc. 9. p. 913.* (a) *Scherz. Nucl. Phil. Phys. qu. 29. conferatur.*

quando quinque, nam probationes utri-
 que præmissarum addit, licet & quan-
 doque syllogismum quadripartiatur ex
 Ciceronis sententia, probatur tamen,
 non raro quarundam partium negle-
 ctio, quoniam *omnis propositio est Syllo-*
gismus virtualis; uti autem debet *Syllo-*
gismis ut rationes suas corroboret. Suadet
 hoc Quintil: *Orator*, inquit, *etiam si*
raro, non tamen nunquam probabit diale-
cūm; nam & Syllogismis si res posset, ute-
tur (b), cuius usus maximè est in
Confirmatione; Sed rursum difficultas
suboritur, quia is non ubique commo-
dè adhibetur, nam Entymema sibi lo-
cum aliquem vendicat, ubi pars aliqua
est omittenda, quæ probatione non e-
get, hujus autem usus maximè est in
Oratione & quidem ut plur. in Proposi-
tione, ut Rheticus Syllogismus exin-
de dicatur, sed conspicuo cultu omni-
nō tractabitur & magnâ judicii vi ex-
coletur ad formam perfectissimam. De-
nique & hic, exemplis opus est, quæ
plus

plus apud imperitam multitudinem,,
quam alii modi valent, nam illa non
tam ratione quam exemplo capitur
& in deliberativo ut plurimum locum
sibi vendicat, quod omne, multum fa-
cessit negotii ex tempore dicenti.

§. V.

VERUM ut nullum terræ angulum
tam fausto sidere conditum repe-
rire licet, qui non suos alumnos tam
vitiis quam virtutibus imbuit, tribu-
ens ipsis præter patrii soli genium, ad-
huc proprium aliquid: Ita varii ex his
ipsis ingeniosis centur motus animorum,
qui notabili intervallo sibi invicem di-
stant, ut non facile unâ arte tractari
possint: jam igitur Orator tanquam sa-
piens architectus ædificium structurus,
ad cuiusvis materiæ naturam formam
adaptat congruentem: sic, inquam, il-
le mores hominum apprimè callebit
& rimabitur. *Nascenda enim, Tacito te-
ste, populi quem regere vis natura, qui que-
eam calleat prudens est:* hoc ipsum certa
ela-

clavis est ad reserandum animum cuiuslibet, cum non tantum levioris fortis homines, sed et principes ab ingenii judicentur optimè (c); atque ita sermo convenienter auditorum affectibus est accommodandus quos novit ex ingenio antea cognito proficiisci, & quia minor vis bonis quam mali inest (d), non tam in illos quam hos utatur aculeato & invectivo sermone, nam recta ingenia etiam sibi relicta debilitat verecundia, perversa autem confirmat audacia. Iram quidem quosdam gerere sciat, sed tamen esse placabiles ut de Atheniensibus, alios verò irae impotentes esse & crudeles, ut de Carthaginensibus refert Plutarchus; extempore ergo diaturus ad Themistoclis genium formatus erit, quem Celeberr. Vossius (e) ex Thucydide refert fuisse *καρδιῶν αὐτοχθόνων τὸ δέοντες*, accommodatissimum addiscernendum ex tempore quid factio opus est.

(c) Illustr: de Verulam in Augm: Scient. L 8o p. 479. (d) Plin: Lib. 4. Ep. 7. (e) Instit. Orat. L. 1. cap. 5. §. 22.

effet: ut ita præclarum sit donum animalis enitere variarum gentium indolem docto & instructissimo, ut polcente usu, ex harum noritia non solum læta surget à *Utopia*, ut diversus possit esse cum diversis, cognoscatque quid à quoque sit expetandum aut timendum (f). Sed & prompta extet facultas conservandi cum Republica. sartam, teatam, tum propriam ac res necessitudinum. Cum autem definitivit Cicero ingenium per *docilitatem & memoriam*, innuebat nullum hominum genus dari tam barbarum, quod non divinus orationis spiritus expugnet, ratione enim ut rectricem, & appetitum ut ejus pedisequam, nemini natura prouersus dene-gavit; nihilо secius tamen diversè cum diversis agendum, quoniam certis regionibus peculiares affectus sunt insiti ex diversitate temperamentorum, præter eos qui ex varia conditione superinducuntur, ut primum in statibus Republicæ usu venit, ubi Orator in expedita legatione vel alio munere, aliter

D

di-

(f) *Barclaj. Ic. anim. c. 2, p. m. 21.*

dicer apud Magistratum Aristocraticum vel Democraticum; aliter verò apud Monarcham, ut nō $\eta\eta$ cujuscunque teneat. Deinde oritur dilcrimen à fortunis ab etatum varietate, immutatione affectuum & ab habitu naturā, quod quatuor constituit genera auditorum.

§ VI.

Quænam autem propriissima ejusmodi ingeniorum disscrepantiæ causa sit, fortè non adhuc satis constat? Animæ rationali eam adscribendam putant non pauci quoniam illa in uno corpore variè & quandoque contrariè ad modum temperamenti operatur: & assentitur Ingeniosiss: Huartus (g). Inter recentiores autem eriam LeGrand, negat ex animâ posse eorum diversitatem oriri, sed ponens persicr à corporis dispositione (b). Varietatem Cœli ejusq; conversionem & siderationem etiam pro causa agnoscunt. Sed quicquid sit, fortè conjuncta valent, corpus scilicet cum animâ etiam stellarum influentiis obnoxium, causa erit: hoc unum certum

(g) Scrut. ing. c. 4. p. 107. (b) Instib. Phil. de Meuse Hum: c. 5. p. 703. est,

est, quod nullius præcepta vel regulæ
eām avertere potuerint, quia corpus
nunquam in eodem statu persistit, licet
anima semper sui similis maneat. Jam
verò sciet Orator ex quo genere habeat
audidores, ut ad h°o audientium etiam
suum conformet, movebit & $m^{\circ}\text{o}$ ut
res postulat, hoc autem novimus esse du-
riorem & vehementiorem animi com-
motionem: ab ambab⁹ quidem partibus,
nam Oratori induendi sunt mores au-
ditorum, modo aliquid efficere speret *id*
namque in ciendis affectibus caput esse, ut
Orator prius eo affectu commoveatur, ad quem
alium vult adducere, testatur Cl. Vossius.
& nisi bonus ipse sit & benevolus, non
facilè habetur ei fides, quod nostra tem-
pora in Oratoribus præcipue Ecclesia-
sticis probant. Sed ut *duo* sunt eximii
fontes animæ commotionum, *bonum* sci-
licet & *malum*: ita rivuli ex ipsis scatu-
rientes, nempè *affectus*, quos DEUS O. M.
mentibus nostris indidit, sunt adminicula
illustrium rerum patrandarum, quorū
temperies vitæ nostræ felicitatem con-

firmat: vocantur & passiones, quod harum ope rhetor quandoque ita percellat auditorem ut contraria interdum agat ingenio suo, naturamque dediscat. Quod autem quis non præparatus convenienter se his attemperare possit, hoc opus, hic labor est,

§. VII.

Sit tam varium & difficile dicere ex tempore; non tamen non esse hoc possibile & quidem tractabile omnino, auctor est Quintilianus in illo nobis familiari loco, nam multum stylum & affidiam lectionem & longam studiorum etatem afferit hoc præstituram, adjectis requisitis modo recensitis. Quod ex Logica etiam trahat ortum ratio profundi extemporanea, docet Cardan⁹. (i) Kuhlmannum quendam per artem suam magnam Eloquentiæ solutæ & ligatæ promittere, ut quis copiolè ornatè & promptè ad stuporem usque possit ex tempore differere, & quidem ex arti-

fi-

(i) cit. Morhof. Polyb. L. 2. C. 5.

ficio Rhetorico singulis diebus orationem realem habere, refert Cl. Morhofius (k). Requiritur hoc ab omnibus, quod Orator omnibus scientiis erit instructissimus; *Ubicunque ergo opera sua poscitur, erit parata, & ubi consistendum est sibi, sciat in suo consistere* (l), *vis Oratoris*, inquit Cicero, *professioque ipsa bene dicendi, hoc suscipere ac polliceri viderur, ut omni de re, quæcunque sit proposita, ab eo ornatae copioseque dicatur*: possibilitatem hujus artis promittit etiam Radau in *Oratore suo extemporaneo* (m): *In modis, inquit, disponendi conficiendique orationes, si quis sedulus se exercere voluerit, facile in Oratorem etiam extemporaneum evadere posuerit.*

§. VIII.

Specimen extemporalis ejusmodi dictionis mihi utique monstrandum incumbit, sed conscientius ingenii tenuis, umbram solum perfectæ dictionis hic modulo virium sistere conabor, idque in genere suasorio: exempli gratia.

Ac-

(k) ibid. (l) Cic. de perfect. Orat. (m) p. 146.

Accersitur in civitatem ad tribunal
hæreditate ejiciendus, cui obviari fit
Causidicus vel Orator commode, hic
rogatur ut persuadeat actori, ne vocet
ipsum in jus & curiam, stupescerent
ad talia, sed intactam relinquat testa-
mento sibi addictam possessionem. Hic
non cunctandi & se præparandi locum
habens Orator, aggreditur actorem hac
dictio[n]is formâ.

Exord:

procedens **Q**uod sui velit quisque renax
a thesi ad esse, ac defendat omni ratio-
hypothe- nerem poss[ea]m, ne in aliorum ma-
fin in nus immerito perveniat, facile con-
Schinote- stat unius cuiusque nostrum judi-
ne cto, quod natura deditat, leges au-
Protasis tem confirmant, suum nempe cuique
Ca. asceve esse relinquendum, quoniam non pos-
set alias vita proberum conservari;
Apodosis Idecirco movit me pietas hujus ami-
ci mei, ut tibi ad oculos susterem-
tam ejus indigenciam, quam viram
reclamam, quâ non meruit bere-
ditate excidere, ideoque convenienter
disco abstinere utrumque à pro-
cessu.

effu forent, namque rurò sua pos. Proposi-
 fidere, & sibi concessa vindicare, finetio Major.
 turbè bonum esse inter bonos quos. petita par-
 vis conuenit, quare tuas possessio- tim ab
 nes nemo infestavit, unde boni o- honesto,
 mnes in te censendi sunt, sed exi- partim
 simarem hoc persa vice à te esse ex-loco pro-
 pectandum, & quidem tantò magis, prio.
 quod melior semper extitit causa Amplif:
 suum retinentis, quam pucentis a- per sen-
 tientium; quid igitur jam desideras tentiam
 ab orphano isthoc, cuius Pater nihil occultam.
 tibi debuit moriens? id autem ami- A loco
 ei tunc praesentes restantur, non au- In artifi-
 sem jam potest debere filius, cuius i. al.
 mon ira pridem eot bona relata sunt, A possibili-
 sit non par potuissest esse sis consu- Loco
 mendis tam exiguo tempore, licet Com.
 prodigalitati permisus fuisset, jam
 verò sub tutoribus egerat. Non
 autem te heredem ipsum Parentis
 venditare potes, ejus injuria nun- Ex iniquo
 quam tanta fuisse credi potest in
 filium proprium, ut eum immeven-
 tem exhiberedaret: Amicus autem Novum
 cum fueris familiarissimus, non red- Epichire-
 das filio hanc vicem fidelitatis ejus, ma, ex hos-
 ut insuetum tribunalis aspicere, necto.

Magistratus severo vultu perterritus
 facias, quod faciet eum artonium
 nihil respondendi computem, unde
 facile causâ suâ utut aquâ, ca-
 nados det; sed quid dixi eum cadere, iu-
 vchenem- mò scias me non potest consistere
 tius in E. neque deesse illi laborante, rancum-
 panor- que effeturum, ut res omnis ius-
 thosi tuum caput redundet, & plura au-
 mittas, quam nunc desideras, quem
 in finem igitur evacuare stades in
 processu, tam tua, quam affinis tua
 hujus bona, qua immota alias u-
 trinque præstarent & invicem essent
 Minor. usui. Hæc autem hujus sunt, & quod
 nihil incommodi tibi ex eo accidat,
 cum quisque sua retinet, facile cre-
 do me tibi persuasurum, cum nihil
 A Legiti- amiseris: Non videntur enim rem
 mo pet amittere quibus propria non fuit,
 Testim- ut rectè dictat Papinianus. Colle-
 Papin: git autem & legitime acquisivit Pa-
 ter has opes, vir integerrimus, mo-
 riturus autem easdem nec debuit
 nec voluit alii legare quam si
 Intendi- lio operam spesi ut eas in rem suo
 tur argu- am verteret; quare ergo jam ius
 me tatio jus producatur? Seslices ut contra
 jus

ius suo privetur. Isad autem quod nomasia.
 à te praetextur, scilicet ipsum sustentum Confu-
 turum in tua domo per menses aliquantos.
 quot, anne copiam tantorum opum Preceptis
 exhausieris? contrarium ego probatur adver-
 bo, te videbicer beneficis Parentis suis sano ar-
 obstrangi, ad conservanda longè magis: per
 rationa in ipsam sine refusione, quam occupa-
 batenus factum est. Ergo affectionem.
 molestias supercedere: quod si autem Conclu-
 tantoperē te cui oblitum esse scirem, ho-
 ut non parceres tibi ipse, revocarem
 te ab injuriando, vel ex constitutio-
 nis interna & legis natura instin-
 gū. Scis neminem sumum & corda-
 cum facere hoc alii, quod sit ipse
 fieri non vult.

Crederem ego fortassis, inimicum
 quadantenus etiam hac à me ex tempo-
 re debili & inculta exarata dictione
 permoveri ad cessandum de proposito:
 quanto plus igitur hoc ab Oratore ex-
 pedito & in his veritato efficietur? cui
 non hujusmodi, sed plurimis parafan-
 gis præstantiorem in proclivi est etiam
 quovis tempore formare, idque non

in forensi solum, sed & in re Ecclesiastica, licet non in omnibus per partes similes & easdem.

§. IX.

IN hac arte natura benignior & usus frequens miranda præstant ut sermones hominum communes quandoque ipsis libris sint prudentiores (n). Sic Tiberius Cæsar ex tempore fuit in stylo præstantior, quam à nimia affectatione & curâ. (o) Et tanto pollent quidam animi vigore ut ingenium in numerato quasi habeant, & quod longa cogitatio præstitura esset, prima intentio animi det, ut Senecade Vinetio refert. Memorabilis est Plinius Itæus, qui semper ex tempore dixit, sed tanquam id diu scripsiterit, optionem argumenti auditoribus permittens, & quidem tantoperè exculto sermone excelluit, ut docere, deletere & afficere potuerit: & quæ alia de ipso refert (p) ut expeditius quid non à parato optimo Oratore expectari potue-

(n) *de Verul. Augm. sc.* (o) *Svet. in Tib. c. 70.* (p) *L. 2. Ep. 3.*

tuerit. Sed ut in peroratione prosâ fo-
rensi, plurima ingenia extemporanea
inventa sunt felicissima : sic & in poësi
natura quosdam tantâ beavit promptitu-
dine, ut plurimos versus continuò dice-
rent. Titus Vespasianus poëmata ex tem-
pore fingere potuit. De Alex: Storfiæ u-
xore Constantiâ refertur, quod imparata
non solum disertissime verba fecerit, sed & ex
tempore carmina panxerit (q). Sed cum
diligens exercitatio etiam mediocri na-
turæ adhibetur, non usque adeò impos-
sibilis est hæc extemporanea dexteritas.

CAP. TERTIUM.

Utrum memorâ an judicio hæc
res magis agatur.

§. I.

Deteclto sic proposito nostro quod de
exquisitissimo Oratore est, & qui-
dem dicente absque meditatione ; subo-
ritur scrupulus ut sciamus, num *judicio*

E 2.

ma-

(q) *Ridenses de Erud. cap. 3.*

magis an *memoriā* in hac expeditione opus sit, quorum utrumque in *ingenio* fundatur: paucis verò hæc tria quid in naturâ suâ sint, monstrabo.

Ingenium est insita quædam vis natu-
ralis & aptitudo intellectus ad invenien-
dum ea quæ ratione judicari possunt,
accommodata. vel habilitas hominis tri-
bus dotibus prædita ut vult Cartesius, sc:
*Cogitandi celeritate, distinctè imaginandi faci-
litate & memoriæ capacitate (r).* In intellectu
autem sedes ejus ponitur ad capienda ibi
confilia; communiter de judicio & me-
moriâ dicitur, quod *illius* respectu insit
έγχυσια & ένσοχία, seu sollertia & vis con-
jectandi, *hujus* autem *ένναρχα & δυτικά-*
ρεα sive facilitas & difficultas discendi (s).

Judicium quod & *disceptatio* dicitur,
est secunda mentis operatio, quâ rebus
assensum præberimus vel denegamus, se-
quens cognitionem & conceptus nostros
ut videat quid in quâque re cavendum
aut sequendum sit (t).

(r) pag. 1, de Method. (s) conf. Sperl. Anth.

(t) Le Grand. Inst. Phil. de Log. c. II. p. 55. Et
Qvint. l. 6. c. 8. Me-

Memoria est per quam animus repetit illa quæ præterita & facta sunt, eventus speciales in posterum ex iis eliciendo. Vel specierum exphantasia acceptarum receptaculum, quas iterum suo tempore depromere potest, unde in sensitivam & intellectualem dispescitur: illa ad eam animæ partem pertinet quæ est imaginatio, hæc ad intellectum. Tam nobilis verò est, ut si amissa fuerit; reliquas potentias operari impossibile sit, ideoque in numerum sensuum à non nullis refertur (u).

§. II.

Ex delineatis hisce singulis colligere licet, quod nullo eorum tuto carere possit Orator, sine postremo autem, hoc est *memoriâ*, tantum abest ut dicturus extempore alicui negotio se committere possit, ut nullus vigor in ipso sine hac, aliquid præstare possit, quoniam promotus ingenii index est & tantam secum habet commendationem, ut quæ dicimus non

(u) Scherz. *Phys. qu. 211.* item Sicc: *Phys. Arvist:* Cartes. & Franz. *Hist. anim. part. I. c. 2.*

non domo allata, sed ibi protinus prompta esse videantur, quod & Oratori & ipsi causæ plurimum confert; vera enim dicere existimamur quando rebus magni momenti, subitaneas sed ponderosas addimus rationes. Quod movit rhetores quosvis ad prolixè de memoria agendum: inter alios tradit Quintilianus eam integro prolixocapite (x), qui & negotiosus est in tribuendo ipsi encomio: hinc titui tam splendidi, quod *thesaurus Eloquentiae, spiritus aliarum partium & vis quædam divina vocetur.* Cicero eam germanam litteraturæ atque summum animi dicit, Judæi Adami annulum faciunt, non addam plures. Idcirco etiam de mediis tam physicis quam artificialibus promovendi eam tantoperè solliciti sunt, ut nullus sit rhetor qui non ex suo adminiculum ei contribuere velit; excolendo augeri, scriptione juvari, ordine verò levari omnes affirmant, *prenotio & emblemæ* ars illa constituitur ab excell. de Verulamio: inter my-

mysteria custoditur & miranda de eâ
promittuntur à Lulliæ artis gnaris: lo-
ca & imagines variarum rerum ab O-
ratoribus memoriter dicentibus fingun-
tur, ut revolutione mentis ad illa, oc-
currat de quo dicendum est, nam fa-
cta est per impressorum phantasmatum
exercitationem; novarum enim rerum
addiscendarum desiderio & per admi-
rationis repræsentationem non parum
promoveretur: curam ergò monent esse
habendam ne cerebrum multum ma-
defiat & frigescat, vel omnino exsicce-
tur, quod nimius *potus* & *secreta* solent
conciliare; non latet quosdam hic ad-
hibere remedia physica, ut largetur ca-
put humore ex certis herbis facto, in-
unctionibus obliniatur & occiput frice-
tur, & quæ alia habent huic inservien-
tia; sed pleraque magis nocentia, præ-
cipue imaginativæ, sine cuius adminiculo
nulla cognitio fieri potest, nedium singularium
(y) & tamen spirituum ac specierum
in cerebro existentium erit ipsi opem
fer-

(y) *Adm. Reb. Dn. Wanoch. de Imag. c. 3. §. 10*

ferre. Sperlingius media artificialia intellectum, ordinem & curam agnoscit. Nobile artificium in extemporali Oratione memoriter recitandâ refertur ex viâ ad scientias, Jani Cœcili Frey, quod in literis, quasi signis & characteribus consistit, verba autem ejus hæc esse: *Sume tibi versus Virgili, Arma virumq; cano Sc. vel Psalmum notiss: aut Orat. Dominicanam Pater noster &c.* Jam igitur prima periodus incipiat à primo vocabulo Pater: 2. à noster 3. à voce qui es, 4. in Cœlis; & sic deinceps, oportet autem tales voces, materia de qua dicturus es applicare. e. g. Sit loquendum de Pythagora: ita fieri potest: *Pater omnis sapientiae humanae & divinae meritissimo jure censendus est Aristoteles.* Noster Orbis, nostraque monumenta, nostrique auctores hujus rei & veritatis amplum ubique dant testimonium. Qui es inter Græcos eloquentissimus estimatus Demosthenes, Isocrates, & tu, Marce Tulli, qui es disertissimus Romuli Nepotum, annon ubiq; id fatemini? In Cœlis non tot micant stellæ, quot honorificis testimoniis de Pythagorâ libræ referuntur.

referri sunt. Quo factō impossibile est, hu-
manitus loquendo, memoriam fallere, quamvis
in longissima Oratione. Hæc ille (z). Quo
verò felicior ac promptior imaginatio in
concipiendis rerum memorandarum
formis fuerit, hoc expeditiores facie
memoriter dicentes, ut sine nulla hæsi-
tatione quasi ex charta depromerent, re-
citent. Julius Cæsar legere, audire, qua-
ternas de rebus maximis Epistolas dicta-
re, quintam ipse scribere, ac si calamum
poneret septenas pariter dictitare solitus
fuit. Atque sic fusius exponenda erant
hæc de memoria, quoniam data hæc, in
dicendi scientiâ prædicto, extempora-
neus etiam dabitur Orator.

C A P U T Q U A R T U M.
Non eligenda est extemporanea
dictio, ne amittatur bene di-
cendi facultas.

§. I.
Monstratâ sic extemporalis dictio-
nis possibilitate, significandum
E est,
(z) vid. Morhof. Polyb. lib. 2.c. 6.

est, quod non tamen eligi ac pro defi-
nito haberi debet, ut dicamus semper
ex tempore. Neque ego hoc ago, di-
cit Quintil: ut ex tempore dicere malit,
sed ut possit. Sicut enim athleta nu-
meris certis ante conflictum, adver-
sus incursum quovis se præparat; ita O-
rator se in omni genere exercitationis,
ad excipiendos imminentes ieiunus cau-
sarum instituat, locupletatus verbis &
rebus, auditorem in assensum rapien-
tibus, quæ ille sibi non pollicetur, qui
sagacitati linguae vel ingenii confidit,
ut plenus sit rimarum, neglectis neces-
sariis & his sacris destinatis mediis quæ
operi artificiose interviunt, & legitimi-
tam benè dicendi facultatem conser-
vant, requirentes intermissionem sui cul-
turam. Sic Budæus neglectum Latini
sermonis cultum in Laur: Walla re-
prehendit, quem sibi attraxerit ex ser-
mone extemporali & neglecto. Sunt tales,
qui oderam siam multam existimari volunt,
Et tuto foro volitare, Et à causa ad causam ire,
di-

dicit Cicero (*a*) nam qui, non necessitate urgente in mutationes propendet leviter, nec providet consilia, sed temporariis moribus incumbit, minimè circumspectus est Orator. *Commodè agendo factum est ut sèpè agerem : sed sèpè agendo ut minus commode*, fatetur de se Erasmus (*b*). subjungens hoc : *affiduitate enim nimirū facilitas magis quam facultas, nee fiducia sed temeritas paratur, ergò quod accurrate factum velimus, raro faciendum est.* Ut quasi epiphonemate cum Cicerone hic concludere conveniat: *Nemo potest de ea re, quam non probè novit, non dicere turpissimè.*

CAPUT QUINTUM, An pueris sit commendandus ex-temporalis usus Latinæ linguæ.

§. I.

Calamum ab opere revocaturus, officii duxi de puerorum institutione ad Latinæ linguæ extemporalem
E 2 usur-

(*a*) *L. 2. de Orat:* (*b*) *L. 8. Apophthegm.*

usurpationem movere: cum variæ extant sententiæ de hoc, in utramque partem ancipites. Novimus plerosque & ferè omnes has voces iterare: pueri docendi sunt ad loquendum latinè; nam si (1) exercitium illud, juxta ipsos, differatur eo usque dum membris suum robur constat, & perfectio debita est corpori acquisita, actum erit de lingua (c) hinc vox eorum ad discipulos: vel male vel bene loquere. Deinde (2) convenientissimum esse illâ lingua aliquem uti, cuius usus in omnibus ferè est nationibus, ut per eam ubique locorum sensum nostrum manifestare possimus. Tum (3) quod latine dictum vel scriptum melius sonet, quam alio idiomate prolatum, quandoquidem ea ipsa optimæ linguae requisitis instructa est, ut inter loquendum voces debito modo pronuncientur, & sensus hic maximè adaptent se ad naturam rei (4) Euam usum & experientiam dominari in artibus, nec ullam dari disciplinam in quâ non pec-

cando discatur, ideoque propter earundem varietatem, varias agitari disputationes & lectiones in literarum Lyceis sermone latino, quod ut fiat, legibus est sancitum. Denique (51 ad analogiam acquisitionis cæterarum linguarum, quæ contabulationibus, usu & conversatione comparantur, etiam hanc per colloquia & publica & privata comparari debere.

§. II.

Sed contra hæc omnia, utut speciosa, excipit inter alios Vir purioris latinitatis studiosissimus Franciscus Sanctius, qui tam firmiter suæ sententiæ tenax est, ut quantum per se licet, nulli unquam faciat copiam loquendi latine, nisi accuratè & præmeditatè, idqz rarissimè, quod cum à pueris fieri nequeat, qui nondum habent exactam præceptorum cognitonem, ne dum linguae genii, omnino dissuadet illis hoc exercitium tanquam nocentissimum ad ulteriores in lingua isthac profectus, ne

ne ipsis ut vasi recenti malus odor se-
mel commissus, firmiter adhæreat, quo-
niā & Quintilianus accurratum ser-
monem eriā in Nutrīcib⁹ quārit, quia
naturā tenacissimi sumus eorum, quae rudibus
annis perceperimus, & quidem deteriora faci-
litas adberent. non astuerat ergo, ne dum in-
fans quidem est, sermoni qui descendus sit
(d). Deinde necessario usu poscente
conceditur ut quis hac lingua sibi auxi-
lietur, & qui frequenti stylo in ea ver-
satus est, damnum ex qualicunq; usurpa-
tione non sentit. Quod autem nitida & e-
legans sit hæc lingua, non in dubium stā
quoquam revocatum, sed omnes pollicē
præbent; idcirco non vano abiſu infir-
metur, sed ut prætiola res sancte trachte-
tur, ne loquentiæ satis, sapientiæ autem pa-
rum babeamus (e). Ad quartum mo-
mentum potest quoque regeri, aliud
esse artem, aliud linguam, potest ali-
quis hujus adminiculo sermones cæde-
re, non tamen ars ex eo mox extat, cum
& grammaticè loquendo, non semper latine
logda-

(d) Lib. I. c. I. (e) Sallust. de Catilin. p. 19.

47

loquamur: sic non latinè dictum est, *ba-*
beo opus libro, do opem, facio Orationem &c.
Proprietas namque vocum si in ullâ aliâ,
in hâc utique linguâ observanda venit,
vulgaris autem & omnes vulgariter loquentes
sine cura protrudunt voces, vitiant & adulte-
rant, ut lingvarum varietatem, natales suos
plerumque vulgo debere, certum sit; usu enim
compertum est, quam inconditè in ore vulgi &
illiteratorum latini termini sonent (f).
Quod verò attinet, disputationes egere
hujus linguæ noritia, non in tosū quidem
abnuitur si de rebus ponderiosis, ponde-
rosa instituantur colloquia. Vulgarem
autē linguarū digladiationem, tum no-
minatus Sanctius, tum alii facundiæ Ma-
gistri ut Celeb. viri Morhofius & Case-
lius, improbant, *quamvis non quidquam*
sit tam valde quam nihil sapere vulgare, di-
cit Cicero. (g) Magis se adhuc insinuant
ad hujus assertionis probationem verba
Sanctii, quæ ab ipso ita dicta reperiuntur:
Juvenes patiantur se vel elingues vel mutos
113

(f) Besold. de Nat. Popul. (g) Lib. 2.
de Divinat.

48
in confabulationibus appellari, dum ex scripto
et meditatem doctorum hominum aures ducant
in admirationem (b) nec dubitat sensu com-
muni privatos vocare, qui linguam La-
tinam in plateis vel in Gymnasiis miris
modis dilacerant; timet enim ne asue-
scant loquelae in qua noleitas, voleitas & alia
σολεικα sibi postmodum bene familiaria
erunt. Ut demum non praetereratur,
quid de analogia hujus ad alias linguas
addiscendas traditur, quod scilicet usus
in his optimus sit discendi Magister.
Verum nullam esse rationem connexio-
nis colligitur ex eo, quod nullus popu-
lus datur qui pure latine loquitur, ideo
solis libris præviis esse acquirendam,
quod & in Graeca & in Hebreæ usu venit,
qua non sermocinationis causâ, sed doctrinæ,
excoluntur. Hæc ita in utramque par-
tem ventilare placuit, ad sententiam
præcipue laudatissimi Sanctii. Sed suus
honos cuique illæsus manet, nec dispo-
sitioni alicujus de studiis sibi demanda-
torum ingeniorū quidquam detrahitur.

Hoc

(b) Minerbi prefat. ad Lect. p. 642.

Hoc tamen inconcussum manet, quod
 præcipitanter in latinitate blaterans, di-
 gnitatem & ornatum linguae negligit,
 ut sic paulatim accrescere habitum cor-
 rupti sermonis, in lingua alioquin no-
 bilissimâ, certum sit. Idecirco stylus af-
 fiduò & primum in discipulis urgendus,
 cui lingua postmodum firmius innitatur.
 Occurrit hic quod habet Bart. Riccius.
 Non soleo, inquit, ego meum discipulum co-
 gere, ut sit plerumque in scolis, quicquid ei
 dicendum usu veniat, latine ut id proferre
 conetur, utrum enim plus commodi, an da-
 mni ad latinam elegantiam, quam nos que-
 rimus, hoc afferat studium, non plane satis
 habeo comprobatum (i) addo illud Cice-
 ronis: (k) Fallit eos quod audierunt: di-
 cendo homines, ut dicant efficere solere.
 Vere enim etiam illud dicitur: perverse dicere
 homines, perverse dicendo facilime consequi:
 ignorantia in talibus de fructu & eventu
 priorum studiorum reprehendens,

F

quod


(i) Lib. 3. de imit. Cie. cit. Sanct. p. 649.

(k) Lib. 2. de Orat.

quod linguæ ad celeritatem incitatione,
verborumque frequenti commissione
fieri autumat. De Italib refert Cl. Bar-
clajus; quod *latine* scribere inter illos ba-
ud pauci, non autem loqui norunt (l). Siqui-
dem verborum temeraria conjunctio,
delectum tollit, & barbarâ phrasî lati-
pitatem pervertit: lingua latina in o-
mnibus ad idioma vernaculum de-
torquenda non est.

Dictum puta.

(l) *Ic. Anim. c. 6. p. m. 78.*



Uirgo

Viro - Juveni

DN. MAGNO ALOPÆO,
Dum eruditum suum publicæ ventilationi discursum, de extemporali dictio-
ne cum laude proposuit & de-
fendit,

Congratulatio

In perpetuum amicitiae signum tenui
data Stylo.

Praeteritorum temporum statum mecum per-
pendenti, non sine magno sepe offert stu-
pore veterum penè omnium, non solertia so-
lum in rerum aditu perscrutando, sed etiam
vis ingenii varie iisdem perpoliendis atque
exornandis sufficiens ; ut quicquid dixerimus,
scripsierimus aut dictaverimus, ipsis debeamus.
Atestatante insuper Terentio, viro in ceteris
indubio : nihil scilicet nunc dici, quod dictum
non sit prius. Probè bæc omnia Sympatrioi a
opime, penitus, dum consensu bonorum, per gress
egregio & docto Tuo specimine, de Oratione

ex-

extemporanea moditatis sine specie, jucundas
cogitationes veterum monumentis inclusas de-
tegere; quo ipso eximias ingenii dotes ani-
mumque Tuum præteritarum rerum memoriam
cupidum, in vindicanda tam diffici & ardua
bac materia, è crassis oblidionum tenebris,
quibus quasi sopita erat, probè monstras. Toto
gratulor itaque pectore, insignes Tuos & fe-
biles progressus, quos omnes ut & constan-
tiam animi Tui, tanto minus è re esse existi-
mauerim enumerare, quanto certior sim bre-
vitem Tuam omnibus satis perspectam, lucu-
lentiorum esse testem, quam ut inculta mea
posse depingi manu. Pergas proporro orati-
one fausto ! viam ingredi propositam, quò cum
à Pallade assidui Musarum cultores laurois
decorantur fertis, sudoribus condigna repor-
tes præmia, Patriæ cui natus es in emolumen-
sum, Tuum ipsius ornamentum Thorumque
in gaudium decus & solarium, dobet animis
prolixius quam calamo, qui Dn. Respon-
denti quevis adprecatur fausta !

H. Oman.

Fornè

Foreè sub antique steerant Aganippide
in umbrâ
Arboris Aoniae Musa Charissq; simul;
Noster ALOPÆUS venit ut Phœbo ecce fa-
vente

Succinctus latices visere Sicelidum,
Scandere dum tentat Parnassi in culmina clarâ
Solicitus querit, quis sibi monstret iter?
Noster alumne adoris Musæ runc nomine cla-
mant

Atque soror quædâs ore favente canit.
Appetit amplexus nunc hec nunc illas sororum
Et gaudet cive hoc turba novena suo.
Sic et procul binc mæror, cepit Polyhymnia, nos
Ducimus ad Pindum, nec via facrata est! (et
Ibat anhelus ALOPÆUS spinosa viarum
Conculcans gressus derigit ipsa Dea.
Musa regit gressus, sparqueunt tedia stœca,
Dissipat ut boreas pulveris usque globum,
Succedunt Pindo (subit hic facer horror ali-
mnum)

Naturam at hospes noscere gestit aquæ.
Quas nunc ternalis aquas non ha mortalia
tingent
Labra, bibit istas nec peritura eohors.
Non ipsas Phœton non usit Sirius unquam
Malciber haud illas sangere feciis erat.

Parcit & usq; istis clari faxignes Phœbi
Quo tunc ante isthæa limpida lympha fluit.
Hauriubus effulgens reddit mare flutibus agris
Fons ast tranquillus reddere sapè potest,
Si qua diu steterit stagnanti lympha lacunæ.
Færet & hinc animas procreat illa putres.
Praterit haud patulis banc navibus ipse viator
Visceribusq; sagax sic timeret ille suis;
Pectoris & nostri praecordia ledere noli
Sic anima insuavis, usq; supina jace.
Fauces quorū avidas multum stris ignea torret,
Si fugit banc Bacchus, tum levat ipsa Thetis,
Ipsa Thetisq; aderit debet si crescere Bacchus
Ipsaq; Vulcanum sola domare potest.
Utque vehunt unde fluitantia corpora secum
Et cogunt rapide flumina prompta sequi
(Mete urbem fluvio, celeris violentia flulus
Hanc trahet in venerem gurgitis ista sui.)
Sic pariter nostris qui fontibus ora rigavit
Ille truces subiget montivagasque feras,
Amphion lepidus cantando flumina sifit,
Orpheus ac silvas saxaque mota facit.
Quin & caraream defendens orbus ad aulam
Umbrosam flebit pluroniamque Deam.
Quid Laërciades? facundus sis exuit armis
Ajacem invidum belligerumq; virum.
Pluribus haud memoro, manet hunc vivacior orbe
Gloria, quis deos calluit arte modos.

Non

Non vortex fortis erit siue ioblivis ripa

Huic obserunt, Siren blanda vocere nequit.

Fallitur in voto fallax Cythereus bamus

*Spumigena & matris retia cassa jacent
Spiculaq; arcitenens auras ferientia vibrat*

*Et stabilem metam tunc sibi abesse dolet,
Ceruleam cernis nubem nunc astral minantem*

Aequoris haec immo pars modo parva fuit.

Utque vides ripas frondente virescere Silvæ,

*Quam gravidam fructu tangere Doris amat.
Sic venier tempus tua cum quoq; tempora lambet*

*Usque sequax, crede hoc, laurea med; vide.
Desit. Uranie capit sed voce canora:*

(Adstat ALOPÆUS totaq; turbæ filet)

Dulcis amiss vides, abit irrevocabilis unda

*Arg; abit ut nunquam plus remeare queat.
Urg; ferox labitur Tigris, Padolus & Indus,*

Perdita nec retro gitta redire potest.

Sic fugiunt hominum vita tempora: lucem

Quam haurid, bodie post erit ipsa nihil.

Ocyus ipso Euro volucr, trepidantibus alis

Festinum currit tempus abique fugax.

Splendet vita hominis ceu bulla aut viliis imago

Quam vitrea reddit Tethyos unda tibi.

Ille senex Latiae dederat qui nomina terre

Devorat & cunctos annibilatque simul

Objicit ille homines Parcis, Parcasq; sepulcris

Heu! gelidos cineres condere moris habent.

Troa

Trajicienda umbris Coeyei stagna palustris
Illa domum nautas non remeare sinunt.
Tempus edax rerum, hic terg^z quaterg^z beatus.
Qui bene transagit, vir sapiensq^z fuit!
Latmius in somno longum deperdidit avum,
Avo sic longo segnis inersque fuit.
Tu sic si perquis capisti ut pergere, vita
Nil te paeniteat, tempore MAGNUS eris.
Tantum effata obicit doctumq^z reliquit alumnū
Ille sed ad hanc applicat ariet manum.
Utraque Musarum quod dixit jungit in unum
Materiemque datam vindicat ille sibi.
Uranie tempus laudat, Polybymnia Suadet
Cernitur hic tempus, Suada nec ipsa defit.

Festinato Carmine sincerum suum
amorem erga Dn. RESPON-
DENTEM, Consanguineum
& Amicum Integerrimum
contestatur

JOH. Norgreen.

